Ros Dok Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Wiezen

De Natali Trigesimo Nono, Serenissimo Ac Celsissimo Principi Ac Domino, Dno. Carolo Leopoldo, Duci Mecklenburgico Regenti, Principi vetustae Gentis Henetae, Suerini ac Raceburgi, Comiti item ... d. XXVI. Novembris, Anni M.DCC.XVII. post Festivitatem secularem ...

Sverini: Literis Bærensprunckianis, 1717

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn838250971

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

MK
7758
1-59

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn838250971/phys_0001
DFG

307

Mk-1758.1-59

~~19~~ 1-59.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn838250971/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn838250971/phys_0003
DFG

Hierin sind enthalten:

1. Carl Leopolds Convocations Mandat de 13 Aug. 1717. u. d. Ritterschaft Erbhuldigungs Memorial.
2. Fernerweite klare Demonstration der Enormität u. wahren Unmöglichkeit der Fürstlicherseits exigirten Praestationen p samt einer kurzen Information wie auch oeconomischen Beschreibung der Herzogthümer Mecklenburg ~~Schwerin~~ u. Güstrow. 1718.
3. Strelitzische Deduction pro illimitato exercitio juris superioritatis territorialis ratione comitiorum & collectarum p.
4 Libellus gravaminum appellatorius — — worinn unter andern erwiesen wird daß die mecklenburgischen Lehen auch ohne Lehnsherrlichen Consens versetzt u. verpfändet werden können p 1717.
5. Abdruck d. an d. Kaiser gerichteten Vorstellung über die unerträgliche Noth 1717.
6. Allerunterthänigste Vertheidigung des Herzogs Carl Leopold an die Reichs Versammlung über den Ungehorsam seines Adels.
7. Edictal Mandat vom April 1718. mit einigen andern C. Leopold angehenden Scriptis.
10 8. Extract aus einer Deduction über die Rostocksche Accise, mit einigen Continuationen über denselben Gegenstand.
11–56 9. Nun folgen nach an 50 verschiedene Edicta, Constitutiones von Carl Leopold, Friedr. Willhelm.
57. 10. Ulteriores Litterae ducis Freder. Wilh. ad Caesarem
58. [illegible] pto Exactionum Danicarum p 1712.
59. 11. Carl Leopolds Duell Mandat.

8.

De

Natali Trigeſimô Nonô,

SERENISSIMO AC CELSISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

DNO. CAROLO LEOPOLDO,

Duci Mecklenburgico Regenti, Principi vetuſtæ Gentis Henetæ, Suerini ac Raceburgi, Comiti item Suerinenſi, Terrarum Roſtochii ac Stargardiæ Dynaſtæ, Domino ſuo longè clementiſſimo,

d. XXVI. Novembris

Anni M. DCC. XVII,

poſt Feſtivitatem ſecularem,

feliciter transactam,

eâ, quâ par eſt, ſubjectione,

verè & meritò

gratulatur

JOHANNES WIEZIUS, R. S. S. C.

Vera DeVM sVboLes feLICes transIgat annos!

SVERINI, Literis Bærenſprunckianis.

LÆTA DUCIS NATALIS adeſt: felicibus, opto,
Auſpiciis ſervent hæc bona fata DUCI!
Hâc DUX vitales hauſit vagitibus auras,
Et Soboles ſexu de meliore fuit,
Contigit HUIC, roſei pulcras in luminis auras,
Contigit hâc primum tollere luce caput.

CUm Auguſtiſſima Galliæ Regina, Anna Maria Mauritia, Philippi II, Regis Hiſpaniarum Filia, annô ſupra milleſimum ſexcenteſimum trigeſimô octavô, in Urbem Amſtelodamum, opulentiſſimum illud ad Oceanum Germanicum Emporium, omni O. O. concurſu, omni pompâ atque celebritate ingrederetur, erecto arcui triumphali, Mercuriale hominum genus, vel potius Negociatores appingi hæc verba curabant: LÆTA DEUM PARTU. Meliori ſanè jure convenirent hæc in Sereniſſimam ac Celſiſſimam Principem ac Dominam, DOMINAM CHRISTINAM WILHELMINAM, Ducem Meckelnburgicam, ex Haſſiâ oriundam, jamque Grabovî ſedem habentem Viduam, Dominam meam longè Clementiſſimam, Venerem olim formoſiſſimam, & DEORUM, i. e. Sereniſſimorum ac Celſiſſimorum Principum Genitricem, nullâ non laude deprædicandam. LÆTA fuit ILLA DUPLICI tantùm DEUM partu, LUDOVICI nimirum XIV, qui, per tempus benè longum, ampliſſimo atque opulentiſſimo Regno præfuit, & Fratris Ipſius, PHILIPPI, DUCIS Aurelianenſis; HÆC verò, in Arce Grabovienſi, Lucinæ officina, Principum feraciſſimâ, QUADRUPLICI DEUM partu fuit LÆTA. LÆTA enim fuit partu DEI quondam noſtri, Sereniſſimi Principis ac Domini, Domini FRIDERICI WILHELMI, auguſtiſſimæ memoriæ, qui lucem adſpexit A. M. DC. LXXVI, d. XXVIII, Martii. LÆTA fuit

par-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn838250971/phys_0006
DFG

partu DEI noſtri, Sereniſſimi noſtrâ ætate Principis ac Domini, Domini **CAROLI LEOPOLDI**, Ducis Mecklenburgici Regnantis, (titulis in his intellectis reliquis) qui prodiit in orbem A. M. DC. LXXIX, d. XXVI, Novembris. LÆTA fuit partu DEI, Sereniſſimi Principis ac Domini, Domini **CHRISTIANI LUDOVICI**, Ducis item Mecklenburgenſis, qui mundi hujus theatro conſpiciendum ſe præbuit, A. M. DC. LXXXIII. d. 15. Maji, quemque hodiè, ob Principem recens natum nemo non dicit feliciſſimum. LÆTA olim fuit partu Principis deſiderabilis, A. M. DC. LXXXIV, d. XVIII. Aprilis, cui verò DEUS, Auctor vitæ & necis, in ipſo partu, vitæ filum præcidit. Primus quidem & ultimus horum Principum intempeſtivâ prærepti morte ſunt; alterum verò Par Fratrum Sereniſſimum adhuc, per DEI gratiam, floret ac viget, nobisque ASCANIOS, ante alios forma ſpectabiles, & nunc dat, Grabovio teſtante, & inpoſterum promittit, Suerinô exſpectante. Ut porro floreat vigeatque, præcipuè DUX Noſter Regnans, **CAROLUS LEOPOLDUS**, cujus, ſuprà dictâ luce, dies incidit Natalis, à DEO immortali, tacitâ mentis veneratione, mecum omnes precantur boni, rati, Principis à ſalute ſalutem ſuam pendere ac felicitatem. Prorogetur Ejus vitæ terminus, ut plures lætus, felix, auguſtus videat Natales; ut abundè ad gloriam vivat, & eò progrediatur ætatis, ut è vitâ, tanquam ex arbore, non per vim evulſus, ſed, ſuô tempore, ipsâ maturitate collapſus videatur; ut in, & cum CHRISTO regnet, vincat, triumphet; ut, Feſtô Jubilæô feliciter ſuperatô, quotannis gaudia gaudeat Jubilæa, Lutheranorum Patronus Optimus! Detrahat DEUS annos nobis, & apponat annis CAROLI noſtri LEOPOLDI, ut ex ſingulis vitis integra DUCI ſecula colligantur! Addo nunc tantum hoc, quicquid eſt voti:

PAX redeat, lenisque quies, ceſſentque reniſus;
Omnis & in noſtrô deſinat orbe metus.
Semper ut hanc melius Tibi, DUX, cantemus ad annum,
Pondere curarum non remorante diem!

* * * * * * *

Nate DIIs CeLebres NataLeM, natVs Vt AVtor!

Nach-

Nach-Jubel-und Freuden-Lied.

1. Jauchzet/ Ihr vom Wenden-Stamme/
Danckt dem reinen GOttes-Lamme/
Daß der Himmel noch iſt hold
Unſerm CAROL LEOPOLD.
GOtt laß Ihn noch viele der Jahre erleben/
Die ſtetes Vergnügen und Hoheit Ihm geben!

2. Er laß grünen/ Er laß blühen/
Er laß Fürſten-Blut erziehen
Unſerm Großen Götter-Sohn
Zu dem Hohen Fürſten-Thron.
Wir wünſchen: Es müſſe ſein Saame bekleiben/
Und ewig im wachſenden Stande verbleiben!

3. Unſer CARL iſt durch ſein Beten
In ein ſolches Jahr getreten/
Das durch 3. und 9. gezählt
Unſern Hertzog uns vermählt/
Nun leben wir abermahl herrlich beglücket/
Zumahlen ſein Lebens-Ziel ferner gerücket.

4. GOtt woll es noch ferner rücken/
Und den Leopold beglücken/
Daß Er theure Printzen zeug/
Ehe noch die Welt ſich neig:
So lange man zählet im Segen die Zeiten/
Muß Wonne den theureſten Hertzog begleiten!

5. Grabow kennet ſeine Pflichten/
Die ſein Aufgang heißt verrichten/
Roſtock/ Güſtrow und Schwerin
Hegen einen gleichen Sinn.
Sie wünſchen: Es müße der Hertzog wol leben/
Dem ſie ſich ſchon längſten als eigen ergeben!

6. Hat gleich Grabow Ihn gepflantzet/
GOtt zu Roſtock wol verſchantzet/
So giebt doch das gantze Land
Das Gedeyen an die Hand.
Nur gebe der Höchſte das beſte Gedeyen/
Daß Fried und Gerechtigkeit unter ſich freyen.

7. Endlich wolle GOtt mit Segen
Dich/ o Mecklenburg belegen/
Daß in Dir man Printzen hat/
Nach dem rechten Fürſten-Staat/
Die fernerhin mögen die Jubel-Jahr halten/
Und göttliche Stelle Chriſt-Fürſtlich verwalten!

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn838250971/phys_0009
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn838250971/phys_0010
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn838250971/phys_0011
DFG

Universitäts
Bibliothek
Rostock

http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn838250971/phys_0012

DFG

interceſſion, es ſey von gantzen *Collegiis*, oder enzelen Perſohnen/ was Würden oder Standes ſie ſeyn möchten/ alſo auch nicht die Außbittung einer Geld-Straffe *ad pios uſus*, annehmen / ſondern mit Ungnade / die eine Vorſprach zuthun ſich unternehmen wolten / auch wol mit würcklicher Straffe ab- und zurück weiſen wollen / Geſtaltſam wie Wir es für eine ſonderbahre Probe und Zeichen der ſchuldigſten unterthänigſten *Devotion* und gehorſams achten und halten werden / wann Unſere Diener / *Vaſallen* und Unterthanen / dieſem Unſerm *Edicto* unterthänigſt nachleben werden / ſo ſind Wir wiedrigenfals des beſtändigen Entſchluſſes / über dieſe Unſere Verordnung / mit gehöriger Schärffe / ohne allen *regard*, jederzeit ſteiff und unveränderlich zu halten / auch diejenige / welche aus eingebildeter übrigen Klugheit / über dieſe Unſere Verordnung zu *critiſi*ren / zu *gloſſi*ren / oder wohl gar dieſelbe / ihrer vermeintlichen Schärffe halber / zu tadeln / ſich ungebührlich erdreiſten ſolten / mit ernſtlicher und unnachbleiblicher Straffe der Geld-Buſſe / Gefängniß / *privi*rung der Ehren-Ämbter und *Chargen*, oder ſonſten / nach Beſchaffenheit des Verbrechens / und darbey ſich findenden Umſtänden / unnachläßig anzuſehen und zu belegen.

Wornach ſich einjeder zu achten / und für Ungelegenheit / Schimpff und Schaden zu hüten hat. Zu Uhrkund deſſen haben Wir dieſes *Edictum* eigenhändig unterſchrieben / und mit Unſerm Fürſtlichen Inſiegel bedrucken laſſen. So geſchehen und gegeben in Unſer *Reſidentz*-Stadt und Veſtung Roſtock den 27. *Martii* 1715.

Carl Leopold.

L.S.